b ¶*O de sus herederos.* Et cum simpliciter dictum est de hæredibus, veniunt omnes hæredes in infinitum. l. in annalibus. C. de lega. & l. fin. eod. titu. l. hæredes &. l. sciendum. ff. de verborum significatio. quia de natura emphyteosis est, quòd sit perpetua, vt notat Barto. in lege prima. in princip. ff. si ager vectig. & in. l. 2. columna. 2. C. de iure emphyteo. Angel. in. l. qui luminibus. ff. de seruitu. vrb. prædio. limita tamen, & intellige: nisi sit emphyteosis, quæ non consueuit concedi, nisi in primum hæredem: quia tunc nomen hæredis indefinitè prolatum restringitur ad primum hæredem tantum, & si consueuit concedi in secundum hæredem, restringitur ad secundum. & sic deinceps secundum Bald. per text. ibi in. l. antiquitas. C. de vsufructu. Limita etiam & intellige, nisi emphyteosis concedatur ab ecclesia alicui & suis hæredibus: nam tunc non intelligitur de omnibus hæredibus: sed tantum de descendentibus neque talis concessio comprehendet hæredes extraneos, vt est text. in autẽ. de non alienan. §. emphyteosim colla. secunda. tenet glosſ. & Barto. in. l. etiam. ff. soluto matrimonio. Ioan. Andre. in additio. ad Specul. in titu. de locato. §. nunc aliqua versicu. 113. & ista est communis opinio vt adducit latè decius in capitu. in præsentia. 14. colum. de probatio. dicens quod ista opinio debet prævalere in iudicando & consulendo. & ibi respondet ad motiua Abb. in. d. capitu. in præsentia. colum. 9. qui tenuit contrariam opinionem. super quo puncto tu cogita: nam cùm emphyteosis ecclesiæ possit hodie dari in perpetuum, tam ex dispositione. §. licentiam. in autenti. de alie. & emphyteo. colla. 9. quam ex. l. 3. titu. 14. partita. prima videtur, quòd id quod habetur. §. emphyteosim. in auten. de non alienan. collatio. secunda. quæ astringit ad tot iam generationem & qualitatem hæredum, hodie non habeat locum præsertim cum per. l. partitæ. non reperiatur approbatus. d. §. emphyteosim. neque etiam per ius canonicum, & fortè videretur distinguendum, quòd aut in concessione dicitur simpliciter, quod concedit simpliciter ecclesia in emphyteosim alicui pro se, & hæredibus: non adiiciens perpetuò, & tunc procedit opinio communis: aut fuit adiectum hoc verbum (perpetuò) & tunc comprehendantur quicunque hæredes descendentes vel extranei. & cum ita mihi videretur tandẽ reperi istam fuisse sententiam Bald. in additio. ad Specula. titul. de locato. & in autentica. si quas ruinas. C. de sacro sanctis eccles. colum. prima. & in aliis locis relatis per Alexand. in. l. etiam. ff. soluto matrimonio. cum refert quartam principalem opinionem vbi refert Angel. & alios istam opinio. reprobantes. ¶Sed mihi satis placet: quia per eam istæ opiniones reducuntur ad concordiam, & idem videtur dicendum si concessio fieret in quibuscunque hæredibus. & an tunc etiam comprehendantur legatarij, cum legatarius in relegata quodammodo hæres sit. per. l. id tempus. §. primo. ff. de vsucapio. vide per Iaso. in dicta lege secunda quæstio. 14. vbi refert quam plures tenentes quòd sic. Licet expresse non loquantur in concessione ecclesiæ. limita etiam & intellige dictam communem opinio. in emphyteosi solita concedi: nam secus esset in ea, quæ fer-

uata solennitate in tali alienatione requisita de nouo concederetur, cum transiret etiam ad extraneos hæredes, vt tradit decius. vbi. §. colum. 15. ¶Limita etiam nisi in concessione dicatur de hæredibus masculis: nam tunc non venirent extranei, sed tantum descendentes, ita tenuit Rayne. de Forli. in disputatione sua incipit, quidam habebat duos filios sequitur Bald. in. l. gallus. §. etiam colum. penul. ff. de liber. & posthum. per text. in. d. §. si clientulus. de alienatio. feu. & etiam decius in. d. c. in præsentia. ¶Sed quid si recipiat quis emphyteosim pro se & suis filiis & hæredibus, an exigatur, quod filij etiam sint hæredes, vt succedere possint in emphyteosi? Barto. in. l. vt iurisprudentii. §. si liberi. ff. de operis liberto. tenet quòd sic allegando. §. emphyteosim. d. auten. de non alienan. & sequitur Bald. in. l. tale pactum. §. fi. in prin. ff. de pactis per illum text. & Angel. in. d. l. gallus. §. etiam. ff. de liber. & posthu. & idem dicit Alexan. consi. 44. volumi. 4. viso themate. in prin. si dicatur pro filiis & successoribus, qui allegat Imol. in. l. quod dicitur. in fin. vlti. colum. ff. de verbo. obliga. ¶Sed quid si filij sint inæqualiter instituti in hæreditate: an in emphyteosi succedant æqualiter? Bald. quòd sic in. d. auten. si quas ruinas. C. de sacrosanct. eccle. colum. 4. & in. l. liberti. colum. 6. C. de operis liberto. aduerte tamen, quia Bald. loquitur, quando non fuit adiectum verbum & hæredibus sed tantum fuit dictum de filiis: quinimo ex mente Bald. est in. d. autenti. si quas ruinas, cum dicit, quia tunc emphyteosis non est ius hæreditarium, quòd quando adiectum fuit & hæredibus &c. quòd tunc succedant in emphyteosim pro parte in qua sunt instituti, & si aliquis eorum instituatur in re certa, tunc non succederet in emphyteosi, vt voluit Bal. in. d. l. liberti colum. 7. versicu. secundum dubium: quia appellatione hæredis in dubio venit hæres vniuersalis, non autem hæres in re certa. l. quotiens. C. de hære. institu. l. hæreditas. ff. de regu. iur. & saltem hoc procederet, quando pater voluit & expresse disposuit, quòd ad hæredes vniuersales pertinerent bona emphyteotica, vt adducit Alexan. referens Angelum & Imol. consi. 24. circa primum dubium colum. penul. volumi. 5. vide etiam Iaso. in. d. l. 2. versicu. quinto quærit hic Salycę. in. 99. colum. totius tractatus. C. de iure emphyteo. vbi dicit istum pactum esse dubium, & doctores varios & nihil affirmat: sed transit remissionibus contentus non allegans dictum consil. Alex. nota etiam quòd emphyteosis hæreditaria potest vni ex filiis assignari per patrem, secundum Bald. in. d. l. liberti colum. 7. iudicatur enim de ea, sicut de aliis bonis patrimonij testatoris & sic secundum iura regni limitabitur: quod nota, quia secundum hoc attentis. ll. huius regni talis emphyteosis limitabitur ad vires tertij, & quinti, & partis legitimæ, si autem non esset hæreditaria: sed tantum recepta simpliciter pro se, & filiis sine adiectione & hæredibus, tunc pater non posset vni filiorum illam prælegare vel donare, vt vult Bart. in. d. §. si liberi. colum. 2. versicu. secundum dubium. Contrarium tamen tenet Bald. in. d. auten. si quas ruinas. & Ioan. de Imo. in capitu. potuit de locato. in vltima charta. & quòd opinio Barto. in hoc magis communiter damnetur, asserit Alexan. in. d. consil. 24. col. pen. vbi ponit rationem de hoc & doctores ita tenentes vi. ibi per eum. ¶Sed quid si in inuestitura dum conceditur emphyteosis, non fiat aliqua mentio de filiis, neque de hæredibus: sed simpliciter quis accipiat rem in emphyteosim? Bald. in capitu. primo quibus mod. feu. constitu. posit vult, quòd si emphyteosis simpliciter recipiatur intelligitur recepta pro filiis masculis, sicut & in feudo dicit ibi glosſ. & dicit hoc esse tenendum cordi. & notandum dictum Bald. refert Iasõ. in. d. l. 2. versicu. 10. quæro in. 101. colum. totius tractatus dicens, quòd Ange. in. l. item videndum. §. fin. ff. de petitio. hæredi. per text. in dicto. §. emphyteosim. voluit, q̃ cũ simpliciter est recepta transeat tam ad filios masculos, quam ad fœminas. & pertransit breuiter non dilucidans istum articulum. ¶Ego verò bene consideratis verbis. dicti. §. emphyteosim, & notatis per glosſ. in dicto capitu. primo. quibus modis feud. constit. posit. aliter dicerem, quòd aut loquimur in emphyteosi ecclesiæ, quæ simpliciter recipitur nulla facta mentione filiorum, neque hæredum & tali casu emphyteosis durabit ad solam vitam percipientis, neque transibit ad eius filios, vel nepotes: ex quo pro eis non fuit recepta, quod satis bene probatur. in dicto. §. emphyteosim. recte intelligendo, nam cũ ibi dicitur, nisi filios aut nepotes habuerit: refertur ad id quod primo in princip. §. dixit in versiculo. fieri finimus & in accipientis personam & in duobus eiusdem personæ hæredibus filiis &c. & sic quando fuit in concessione de filiis & nepotibus cautum, & ideo subdit quòd non transibit ad virum & vxorem nisi specialiter sit cautum. non tamen vult ille text. quod si emphyteosis ecclesiæ simpliciter recipiatur, nihil dicendo de filiis, vel nepotibus, quòd ad eos emphyteosis extendatur, neque Angel. in. d. §. fina. tenet contrarium, quia allegat dict. §. emphyteosim. qui vt dixi loquitur quando concessio fuit facta etiam pro filiis & nepotibus & ex hoc patet male dixisse Ioan. de Imol. in. d. l. quod dicitur col. 10. ff. de verb. obliga. in quantum dixit q̃ si emphyteosis ecclesiæ cõceditur non facta expressione temporis, intelligit quòd est in perpetuum concessa: nam ex quo concedi potest in perpetuum & tempus non adiicitur, dicitur in perpetuum concedi, argumen. l. seruus. ff. de pœnis: nam hoc est expresse contra. d. §. emphyteosim. qui non est correctus, quando emphyteosis fuit concessa simpliciter: sed quãdo per verba expressa vel equipollentia in perpetuum concederetur, vt dixi. ¶. Patet etiam male dixisse Bald. in auten. si quid. C. qui potio. in pig. habe. & in addi. ad Specula. titu. de locato. columna. 2. versicu. ecclesia potest. vbi dixit, quòd si ecclesia simpliciter concedit in emphyteosim, putà titio, quòd tunc intelligitur de se & filiis & nepotibus. ita dicit notari in. l. etiam. ff. solu. matrimo. vbi glosſ. hoc non dicit, sed quòd emphyteosis ecclesiastica non transit ad extraneos hæredes: sed ad filios vel nepotes. & allegat. d. §. emphyteosim. qui vt dixi, loquitur etiam de filiis & nepotibus. & quòd ita intelligatur. d. §. emphyteosim, est de mente Bald. in auten. defuncto. C. ad Tertullia. parum post prin. cum dicit, nam emphyteosis ecclesiastica de suj nãtura non respicit, nisi lineam descendentem: quoniam non debet fieri nisi in accipientis persona, & in duobus eiusdem personæ hæredibus pondero, cùm dicit, fieri & cum posted Bald. subdit, nisi dicatur expresse quòd transeat in omnes descendentes in infinitum: quia tale pactum hodie valet per. d. §. licentiam & ex hoc patet quòd male retulit Paul. de castr. in. l. etiam. in princi. ff. solu. matrimo. dum refert Bal. dixisse in. d. auteri. defuncto. quòd simpliciter concedendo emphyteosim, videtur ecclesia concedere in tertiam generationem. & hoc etiam patet, nam si de hoc fuerat casus in. d. §. emphyteosim Bal. in. d. c. in fin. quibus modis feu. consti. posit. non ita dixerat tenendum cordi & notandum, quòd arguendo de feu. ad emphyteosim transiret emphyteosis simpliciter recepta ad filios masculos & quod. d. §. emphyteosim. debeat intelligi, quando fuit expressum de filiis & filiabus, tenet Ioan. de Imol. in dicto capitu. potuit ad fin. de locato. sed quia ista est noua considératio ad. d. §. tu cogita super ea nã ex aliquibus verbis. d. §. emphyteosim innuitur, quòd & si de filiis & nepotibus non fiat mentio: in concessione tamen intelligatur in eis facta, cum dicit q̃ de viro aut vxore debet esse expressum dictum. & sic vult quòd in filiis & nepotibus non exigitur talis expressio. ¶Aduerte etiam, quòd cum hodie, vt dixi, emphyteosis ecclesiæ possit dari in perpetuum, si concederetur interueniente iusta causa alienandi, & interuenientibus solennitatibus à iure canonico requisitis, licet concederetur simpliciter, intelligeretur perpetuo concessa, & transiret etiam ad hæredes extraneos, vt & voluit Alexan. in. d. l. etiam. in princip. & satis est de mente decij in. d. colum. 15. & hoc casu posset saluari & procederet opin. Ioan. de Imol. in dicta lege quod dicitur. ¶Si verò priuatus simpliciter concedat emphyteosim, tunc bene crederem quòd transeat in hæredes recipientis etiam extraneos, ex quo fuit concessa sine temporis præfinitione per. l. si pactum. ff. de proba. & argu. dicta leg. seruus. ff. de pœnis. ¶Ex prædictis etiam patet male dixisse Bald. in lege secunda columna prima. C. de iure emphyteo. & in. §. finali. de feu. dat in vicem. l. commisso. alias est in capitu. quidam. de vsu mediolanensi. vbi dicit quòd si quis acquisiuit emphyteosim ecclesiæ per præscriptionem, quòd emphyteosis sic præscripta extenderetur ad tertiam generationem, sicut dicit ipse si informiter esset concessa. i. sine personarum distinctione intelligitur in tertiam generationem allegando. d. §. emphyteosim qui forte hoc non probat & in. q. Bald. de emphyteosi præscripta. contrarium tenet Angel. in dicta lege secunda. imò quòd intelligatur ad vitam præscribentis, & sic quod minimum est & fortè in emphyteosi præscripta istud est verius, quidquid dicat Iason. in dicta lege secunda. in. 89. colum. totius tractatus.

a ¶*Segun se auiene.* Veluti quod transeat ad primogenitum secundum Bald. in lege secunda. columna prima. C. de iure emphyteo. & Iaso. ibidem colum. 69. totius tractatus verticu. secundo quærit Bald. & vult ibi Bald. inspici tempus mortis in consideratione primogenituræ quia successio habet naturã relationis ad tempus mortis, & ideo inspicitur prioritas quę turie in rerum natura versatur allegat. l. ex facto. §. penultimo. ff. ad Trebellia. quod verbum nota ad maioricatus, valebit etiam pactum, quòd spurij succedant secun

dum eundem Bald.in dicta lege secunda.columna prima.& sequitur Iason.69.colum.totius tractatus assignat Bald. rationem: quia non tanquam hæredes sed tanquam per procuratorem stipulantem veniunt, sed licet docto.non tangunt obstare huic dicto videtur, quod per tale pactum inuitatur quis ad delinquendum:igitur non debet valere.l. conuenire.ff. de pactis dotal.l si vnus.§. illud.ff. de pactis. & hinc est quod non tenet statutū habilitās spurios ad successionem,vt tenet Bartol. & Paulus de castro in.l.Sey⁹. & augerius. ff. ad legem falcid.Bald.in lege prima.C. de iure aure.

bas la partes:e por escrito:[a] ca de otra guisa non valdria. Otrosi, deuen ser guardadas todas las conueniencias,[b] que fueren escritas, e puestas en el. E por que este pleyto es semejante,mas a los logueros,que a otro contrato ninguno, porende fablamos en este titulo del:e dezimos, que si la cosa que assi es dada,a censo,se pierde toda por ocasion,assi como por fuego,[c] o por terremoto,[d] o por aguaducho: [e] o por otra razon semejante:tal daño como este,per

anullo. & in l.1.columna secunda.C. de his qui pœnæ nomi. & in.l.eam quam.columna octaua. C. de fideicommiss. vbi & in columna nona. dicit quòd & si princeps vellet facere constitutionem generalem, quòd spurij succedant constitutio non valeret: quia esset in directe contra bonos mores,& esset permissio futuri doli.vnde subdit quòd hac ratione non potest legitimare nascituros ex aliquo qui nondum sunt concepti in vtero:quia est dolus de futuro irremissibilis vnde & tale statutū tanquam nutritiuum peccati potest episcopus annullare,vt consuluit Fredericus de Senis consi.175. alias.268.& refert Ioan.de Plate.in.l.1.C.de his qui se deferunt libro decimo.in fin.& adde Barto.in.l.testamenti factio. ff.de testa.¶Potest dici quòd aut illud pactum apponitur respectu illius, qui potest habere legitimam & naturalem prolem,veluti ei qui potest matrimonium contrahere,& ex matrimonio pro creare liberos, tunc tenebit pactum,quòd & spurij succedant in emphyteosim:cum tunc pactum non ita inuitet ad delinquendum,& ex quo potest habere filios legitimos,non præsumetur quòd velit eos habere ex damnato coitu:si verò verba talis pacti referuntur ad eum, qui non potest habere nisi spurios filios,veluti ad clericum in sacris, tunc videtur quòd tale pactum non teneat,& hæc distinctio colligitur ex notatis per Barto.in lege hæredibus.§.primo versicu.facit ad quæstionem.ff.ad trebellia.& per Abb.in capitu.in præsentia col.5. de probatio.& tene menti,quia doctores non tangunt.& vidi de hoc.q.arduam in regali audientia in magna causa.

a ¶*O por escrito.* quòd requiratur de necessitate scriptura vltra istam l.probatur.l.3.titu.14.1.parti.ibi e deue se hazer por carta de escriuano publico & de iure communi ista erat magis communis opinio,vt testatur Iason. in lege prima. C. de iure emphyteo. colum. 15.&.16.& tenuit Azo.in summa.C.eod.2.colum.versicu. celebratur iste contractus & intelligé,quòd requiratur scriptura tam ad substantiam, quam ad probationem secundum Iaso.vbi suprà vnde dicebat Ange.in.l.prætor ait.ff.de edendo quòd si emphyteota non exhibet instrumentum emphyteosis domino directo, potest per eum expelli & præsumitur emphyteosis finita, allegat Bald.& Specul.qui tamen ita in specie hoc non dicunt.

b ¶*Conueniencias.* Adde.l.1.& secūdam.C.de iure emphyteo.&.§.adeo institu. de locatione.

c ¶*Por fuego.* Si ergo domus sit combusta,licet remaneat area cum ex incendio area non consumatur,vult ista.l.quòd remittatur pensio emphyteotæ, quod multum nota: quia contrarium in domo combusta tenet Ange.in autenti.de non alie.§.lex itaque.ad fin.est enim area maxima pars domus.l. qui res.§.aream.ff.de solutio.& sic non potest dici quòd perierit res tota.& ita arguit in.q.simili Io. de Imola.in.c.potuit.de loca.colum.19.versicu.& prædicta faciunt ad quæstionem & dictum Ange.sequitur Iason.in dicta lege prima. C.de iure emphit.colum.4.tene ergo menti istam.l.& similiter potest dici,quòd si vinea vel oliuetum emphyteoticum comburatur,licet remaneat solum quòd emphyteotæ sit remittenda pensio per istam.l. & idem videtur dicendum si terræ motu domus periret, etiam manente area.& pro decisione huius.l.facit quia mutata forma substantia rei videtur esse perempta.l.iulianus.§.sed & si quis.ff.

ad exhiben.l.repeti.§.fina.ff.quibus modis vsufruct. amit.& idem in domo combusta tenet Bald.in lege prima columna penultima. C.de iure emphyteo.dicens quòd si vult cædere areæ,& non soluere censum non cogetur ad præstationem:si tamen velit soluere censum,dicit quòd durabit emphyteosis.quòd dictum est satis notabile,& cogitan idem erit dicendum, si res super qua imponitur cēsus secūdum modernos cō tractus nostri temporis destrueretur: quia militare videtur eadem ratio,& ea quæ dixi.§.in princi.huius.l.

tenesce al Señor della,e non al otro que la ouiesse assi rescebida,de aquel dia en adelante, non seria tenudo de darle censo ninguno. Mas si la cosa non se perdiesse de todo, por aquella ocasion, e fincasse quanto la ochaua parte[f] della alomenos:estonce, tenudo seria de dar le censo cada año por ella,assi como le auia prometido. E a vn dezimos,que si la cosa que es dada a censo es de eglesia, o de orden.si aquel que la touiesse,retouo la renta,o el censo por dos años,[g]

d ¶*Terremoto.* quia forte fracta est & aperta terra versus abyssum, vt declarat Ioan.de Imol.post Ioan. Andre.in.c.potuit.de locato. declarando verbum(chasmate)positum ibi in glos.q intelligatur de terræ motu vel fractione.

e ¶*Aguaducho.* Idest inundatione:quia quod est innundatum ab aquis censetur deperditum.l.si in venditione.§.primo.ff.de peric. & commo. rei vendite lex.tertia. §. Labeo.l. qui vniuersas. §. item quod amari.ff.de acquirenda possess.& paria sunt rem esse inundatam,vel à mari,vel à flumine vel esse ab hostibus occupatam.l.cum vnus.§.fina.ff.de bonis auto.iudi.possi.vnde similiter fiet emphyteotę remissio pensionis,si propter guerram non potuit percipere fructus rei emphyteoticæ Barto.referens Iacob. de Aret.in lege interdum.§.primo.ff.de acquirenda possessione.& in lege prima. C.de iure emphyteo.& tenet Ioan.de Imol.qui & alios refert in dicto capitu.potuit.18.colum.Ioan.de Plate.in lege quicunque.C. de fundis patrimo.lib.vndecimo tradit latè Iaso.tandem residens in ista conclusione in.l.1.colum.20.cum multis sequen.C.de iure emphy.vide per eum qui refert multas & varias opiniones in hoc & alia qua notabilia dicta in materia.

f ¶*Ochaua parte.* Ex dictis Azo.sumptum est hoc.C.de iure emphyteo.in summa uersicu.est autem natura.& licet Azo.ita exemplificet:tamen eius intentio(vt ex eius verbis colligitur)est quòd si quilibet pars quantuncunq; minima remaneat,emphyteota teneatur ad pensionem,& ista etiam fuit opi.glo.in.d.l.1.& in.§.adeo insti.de locatione.& glo.in capitu.potuit.de locato.& tenet Specula.titu.de locato.§.nunc aliqua.versicu.135.& est communis opinio ista tamen l.partitæ vult,quòd si octaua pars rei non remaneat, licèt maneat aliquid minus octaua,quòd non teneatur ad pensionem & fuit optima prouisio huius.l.in ista taxatione & intellige & limita istam.l. quando pensio erat modica,& non correspondens fructibus:si vero pensio correspondeat fructibus dato.quòd res non sit in totum submersa,neque inundata:sed pro maiori parte ita quòd percipiatur minus dimidia parte fructuum , qui percipi consueuerint:seu non ita quòd ex eo quod superest non possit percipi fructus sufficiens ad pensionem,tunc non tenebitur emphyteota ad integram pensionem : sed pro rata fructuum,vt tenet Barto.in lege prima. C.de iure emphyteo.vbi & Bald.1.oppo.& ita consuluit Alexand. consilio.112. volumine primo.incipit videtur in præsenti consultatione.& tenet Iaso.in dicta lege prima colum.19.est ergo tunc danda emphyteotæ electio, quemadmodum conductori: vt habetur. in.l.22.§.eodem.& cogita an idem sit dicendum in contractibus censualibus nostri temporis in quibus census imponitur super re iuxta correspondentiā fructuum: quia videtur militare eadem ratio. & quia in effectu tunc census reperitur impositus super personam iuxta ea quæ dixi in princ.huius.l.

g ¶*Por dos años.* Adde capitulum potuit.de locato & auten. qui rem. C.de sacrosanct.eccle.& procedit etiam si vna ecclesia sit emphyteota alterius ecclesiæ.glo.in auten.de alie.& emphyteo.§.si verò quis. collatio.9.in parte per biennium licet Saly.in.d.auten.qui rem.voluit requiri triennium:sed magis placet opin.glo.per.l.fi.quam allegat & quòd ecclesia cessans soluere per biennium,vel triennium cadat à iure suæ emphyteosis,tenet glo.in capitu.constitutus.de religio. domi. super parte iuxta ratam & Bald.in capitu. primo.de

aliena.feu.columna tertia.& in.l.placet.C.de sacrosanctis ecclesi.vbi & Iason.columna quarta.eo quia ista resolutio inest ex natura contractus.& idem tenet Abb.in dicto capitu.potuit licet ibi Io.Andr. teneat contrarium & Specul.reliquit hanc quæstionem sub dubio referens contrarias opiniones in titu.de restitutio.in integr.§.quis autem.columna octaua,potest tamē isto casu ecclesia petere restitutionem in integrum, sicut posset minor, vt tradit Specul.titu.de locato. §. nunc aliqua.versic. 14.&.15.& vi. Barto. in.l. 2. C. si aduersus vendi. pigno. & per Iaso.in dicta lege secunda.q.1. C.

que lo non diesse,o por tres años,[a] si fuesse de ome lego,que non fuesse de orden,que dende en adelante,los Señores della,sin mandado del juez,[b] la pueden tomar.Pero si despues destos plazos,sobre dichos,quisiessen pagar la renta por si sin pleyto ninguno,fasta diez dias, [c] deue la rescebir[d] el Señor de la cosa: e estonce,non gela deue tomar.[e] E si a ninguno destos plazos,non pagasse la renta:estonce, [f] puede le tomar la cosa [g] el

de iure emphyteo.columna vndecima.& quid si ecclesia successit priuato vide Bald.in dicta lege secunda.in secunda lectura.columna.C.de iure emphyteo.vbi concludit quòd licet annus vnus sit elapsus cum priuato illo,qui concesserit emphyteosim,adhuc requiritur,quòd currat biennium cum ecclesia quæ successit priuato:quia ex quo ecclesia vtitur adminiculo defuncti,debet vti iure illius vide etiam de ista quæstione Salyce.in dicta lege secunda.pen. q.& per Iaso.q13.colum.42.totius tractatus.

a ¶*Tres años.* Adde.l.secundā.C. de iure emphyteo.& procedit etiam si canon emphyteoticus debeatur fisco qui concesserat in emphyteosim,vt vult glo.in.l.si tutores.C.de administ.tuto. licet Saly.ibi dicat in emphyteota fisci sufficere biennium cuius fundamentum tollitur ex his quæ dixi.§.eo.l.19.in glo.magna.

b ¶*Sin mandado del juez,* approbat opinionem glo. in lege secunda. C.eod.& in capitu.potuit.de loca.& fuit opinio.Azo.C.eodem.in summa.& est communis opinio.non ergo requiritur quòd præcedat sententia declaratoria,secundum Hostien.& Anto.in dicto capitu.potuit vbi Anto.dicit hanc esse communem opinio.& tenet Bald.in additio.ad Specula.titu.de locato.§.nunc aliqua.columna sexta.& Alexand.consilio.6. volumine.3.colum.pe.decius consilio. 146.in secundo dubio.¶Limita tamen,nisi emphyteota de facto resisteret,secundum Bart.& Ange.ibi dicta lege secunda.limita etiam; nisi dominus pro expellendo adiuit iudicem,non protestans:vt sibi maneret saluum ius expellendi, iuxta notata per Bald.in lege secunda versicu.decimo quæro.C.de seruitu.vide latè Iaso.in.d.l.2. columna.67.& decium in dicto consilio:& ad id quod dixi;nisi emphyteota resisteret de facto,vide Iaso.in dicta lege secunda.colum. 61.totius tractatus cum duabus sequenti.vbi tenet contrarium:& refert alios vide ibi.Limita etiam nisi emphyteota negaret se non soluisse,seu diceret tempus solutionis nondum elapsum:nam tunc, quia per negationem res efficitur dubia,non liceret domino expellere propria autoritate,secundum Specula. titu.de locato.§.nunc aliqua.versicu.48.sed Ioan.de Imol.in dicto capitu.potuit.colum. 12.voluit contrarium:quia si hoc esset verum,de facili posset eludere dispositionem illius legis.& negando impedire hoc remedium: sed licet hoc sit inconueniens,tutius est practicare sententiam Specula.quam etiam tenet Bald.in dicta lege secunda.& in.§.ad hæc colum.fina.de pace iura.fir.& videtur de mente decij.in dicto consilio.146. dubio secundo.

c ¶*Diez dias.* Approbat vnam ex opinionibus glosiri dicto capitulo potuit.de locato.vbi glo.& communiter docto.non istam sed aliam tenent & concludunt,quòd relinqueretur arbitrio iudicis.& tradit Iason.in dicta lege secunda quæstione.30.tene menti istam.l.in ista taxatione temporis.& nota quòd etiam si dominus ante istos.10. dies declarauerit tacitè vel expressè se velle expellere emphyteotam,adhuc admitteretur purgatio moræ,vt satis colligitur,& probatur ex ista.l.licet Alexand.in.l.si insulam.ff.de verborum obligatio . voluit contrarium, & etiam Barto.Cepol. cautel.135. incipit tu scis quòd emphyteota,& tradit Iason.in dicta lege secunda.q. 29.vbi ipse tenet contra eos.Sed quid si elapso biennio ,vel triennio dominus ante hos decem dies concessisset alteri rem istam in emphyteosim , vel aliter eam in alterum alienauerit:an etiam tunc poterit moram purgare?videtur quòd non ex quo res non est integra præsertim,si dominus iam esset alteri obligatus de euictione;

pro quo vide Ludouicū Roma.consilio.103.viso propositæ quæstionis &c.facit.l.& si post tres.ff.si quis cautio.& quia purgatio morę non admittitur,nisi re integra argumen. legis fin.C.de repu. hæredi.& capitu.si tibi absenti.de præben.lib.6.tradit Iason.in dicta lege si insulam.col.4.

Señor,maguer non le pidiesse el censo, el por si,nin otri por el. Ca entiende se, que el dia del plazo,[h] a que deue pagar la renta,lo demanda por el Señor e apla za al otro que la pague.

¶*Ley. XXIX. Como aquel que tiene la cosa a cēsso si la ouiere a enagenar que la deue vender al Señor ante que a otro queriēdo dar tanto precio por ella como da otro ome.*

ENagenar, e vender puede la cosa, aquel que la rescibio a censo. [i] Pero ante

d ¶*Deue la rescebir.* Non ergo procedit qđ dicit Bald.in lege secunda. colum.secunda. in.2.lectu. C.de iure emphyteo.in intellectu quem dat ad capitulum potuit de locato.

e ¶*No gela deue tomar.* ista.l. vult quòd etiam emphyteota priuati potest moram purgare infra decem dies.Tene menti,quia de iure communi magis communis opin.erat in contrarium,vt tradit Iaso.in.d.l.2.q. 29.vbi late & Alexan.consi.106.colum.3.volu.2.

f ¶*Estonce.* Non ergo poterit antea,& si velit,vt dixi in glo.præcedenti:non enim executio fit à lege,nisi istis terminis tranſactis,vt hic habetur.& sic respondetur ad notata per docto.vbi.§.quòd vbi est declarata voluntas domini cum executio fiat à lege,non admittitur purgatio moræ.l.traiectitiæ.§.de illo.ff.de actio.& obliga.l.si is cui.vbi Bart.ff.de lega.2.& in ista.l.si insulam.ff.de verbo.obli.

g ¶*La cosa.* Cum melioramentis, vt in.l.2.C.de iure emphy.vbi vi.per Iaso.7.notabili.& adde Bal.in.c.si vasallus.hic finitur lex in vsi.feu. de quibus tamen melioramentis hoc intelligatur vi. Carolum molendi.in suo commento consuetu.parisien.tit.1.§.1.in glo.quinta fol. 8.col.3.vertficu.obiter cuius resolutio est vt illa melioramenta amittat quę concernunt solitam melioratione prędij ad quę expresse vel tacite ex cōtractu tenebat:secus si nudā formā meliorationis excedit ad q ex natura &.l.cōtractus nō tenebāt,vt si nouas māsiones vrbanas vel rusticas vel aliud magni sumptus addiderit rei.

h ¶*Quel dia del plazo.* idem habetur in.d.l.2.& in.c.potuit.vide quæ dicam.in.l.8.titu.14.j.eadem partita.

¶*Lex. XXIX.*

Poteſt emphyteota prius domino requisito eiq; nunciato quātum ab alio pro re sibi offertur rem alij vendere:sed si dominus voluerit habebit eam pro illo pretio infra duos menses:& tenetur dominus si eam non vult pro eodem pretio habere infra id tempus, nouo emptori nouam cartam facere:& habebit pro laudemio partem pretij quinquagesimam vel æstimationem si alio modo quàm per venditionem fuerit alienata:& emphyteota potest eam sine domini licentia pignori obligare:sed si eā alienet vel pignoret homini à quo ita leuiter censum dominus habere non posit:sicut ordini vel homini potentiori perdet ius quod habebat in ea.h.d.

i ¶*Rescibe a censo.* aduerte quia ex hoc verbo videtur,quòd dispositio huius.l.habeat locum etiam in censuario,vt si alienet rem censualem domino irrequisito,cadat à iure suo.& hanc sententiam tenet Ange.de Aret.in.§.adeo.in fin.insti.de locatione.allegat Barto.in.l. prima.§. penulti.ff.de superficiebus.tu dic contrarium,quia ex quo in censuarium fuit translatum omne ius domini.& sic omne dominium iuxta notata.in capitu.constitutus. de religio. domi. per glos.& docto.potest libere rem alienare:quia in re sua quilibet est moderatoi & arbitror.l.in re mandata.C.manda.l.sed & si lege.§. consuluit.ff.de petit.hæredi.& quia sicut in contractu censuali quis non priuatur iure suo:non soluendo.vt notatur in dicto capitulo. constitutus.sic neq; alienando,quia ista duo equiparantur,vt patet in capitu.potuit.de locato.tradit Alexan.consil.106.viso themate libro.4.& ita tenet decius consi.164.non fuisset &c.colum.tertia. dicens Ange.de Aret.non bene in hoc dixisse.& quòd Bart.quem ipse allegat loquitur in superficiario in quem tantum transit vtile dominium non in censuario & idem tenet Soci. quem decius non allegat consi.208.visis actis & actitatis &c.columna quarta.volumine secundo.dicens hoc sensisse Imol. in capitu.ad audientiam col: secunda.de reb.eccles.non alie.& ad istam.l.dic quòd loquitur in contractu emphyteotico iuxta.l.præcedentem,seu quando census solueretur in recognitionem dominij,penes alium existentis iuxta ea quæ notat Bald.in titu.de pace constantiæ.in verbo persoluere

fictum.& facit bene ad prædicta.quod notat Alberi.in lege finali. col.pen.C.de iure emphy.ibi sed nunquid hæc lex habeat locum in contractibus nostri temporis,qui appellantur ad hæreditatem perpetuam vi.ibi per eum & nota ista,quia doctores non tāgunt in.d.l. fina.neq; in.d.c.potuit.

a ¶*Ante que*.impleta vēditione intellige: nam bene potest exponere rem venalem sine reqsitiōe domini,vt notat Abb.in.d.c.potuit.de loca.1.notabi.itē & si nō traderet excusaretur à pœna caducitatis vid.p Ias.in tracta.de iure emphyteotico col.155.cū seque.

que [a] la venda, [b] deue lo fazer saber al Señor, [c] como la quiere vender,e quantos es [d] lo quel dan por ella. E si el Señor

b ¶*La venda*. quid si permutet cum alia re,dic q̄ non requiritur consensus domini,vel requisitio de qua hic:imò sine eo potest permutare cum alio & est ratio:quia non potest consequi à domino rē,quā consequitur cum alio permutando,vt dicit Io.And.in addi.ad Specula.titu.de locato.versi.121.& idem vult Ioan.de Imol.in.d.c.potuit. col.8.versicu.an autem Abb.consilio.74.duo principalia.volu.1.decius consil.160.Iason.in.d.l.fina.colum.145.totius tractatus licet glo. parua ibi in verbo transponere velit,q̄ illa lex etiam habeat locum in permutatione,si tn̄ tm̄ etiam per viam permutationis possit consequi à domino,quod ab alio:haberet locum ista.l.secundum Innocen.in.d.c.potuit.Abb.in dicto consilio & decius vbi.S.tenebitur tamen requirere dominum postquam cum alio permutauerit,vt illum inuestiat & in possessionem inducat recipiatq; laudemium secundum Iaso.vbi.S.¶Quid autem in locatione ad longum tempus? dic idem quod in venditione secundum Imol.in dicto capitu.potuit.super glo.3.& tenet Alexan.qui alios refert consil.120.volumi.3. licet enim emphyteota irrequisito domino,seu sine eius consensu possit vendere suā commoditatem fructuandi alteri,vt est de mente Barto.in.l.vsufructu.ff.soluto matri.tamen procedit, nisi fieret ad longum tempus talis concessio commoditatis:nam tunc esset species alienationis,vt in.l.1.§.quod ait.ff.de superficie. & ita declarat Bald.nouellus in tracta.de dote folio.41.columna prima.posset tamen emphyteota aliquem facere vsufructuarium in re emphyteotica,irrequisito domino,secundum Bald.in.l.1.ff.quibus mod.vsusfruct.amit.in versicu.idem in fundo.& hoc dictum dicit esse notandum Alexan.in.l.3.§.ex contrario.ff.de acquiren.possessio.colum. 13.& dicit se habuisse de facto vbi & dicit,quòd potest constituere vsum vni & vsumfructum alteri,& in penulti.colum.assignat rationem ad dictum Bald.quia ex hoc non transfert vtile dominium,neque sua melioramenta,vnde non sumus in casu capi.potuit.de loca.neq; dictę legis fina. & idem tenet Iason.in.d.l.fina.149.colum. totius tractatus.¶Quid verò,si donet vide glo.in.d.l.fina.quæ dicit, quòd non tenetur requirere dominum.& est magis communis opinio.vi.ibi per Iaso.columna.128.& columna.135.totius tractatus vbi quid in emphyteota ecclesiæ,an possit donare & vide Bald.in.l.penulti.C.ne rei domi.vel templo.& in.§.donare.qualiter feu.alie.possit & in.§.libellarie.de pace constantiæ.& Barto.in.l.in conuentionalibus.ff.de verborum obligatio. ¶Et an possit legare?vide per Iaso.ibi columna.138.& quid si venditio,vel alienatio sit necessaria, vt quia fit pro debitis emphyteotæ.vide per Iaso.ibidem colum.149. totius tractatus versicu.quinto quæro.vbi post Bald.in capitu.primo.in prin.de prohi.feu.alien.per Frede.tenet q̄ possit dari in solutum per iudicem saluo tamen semper canone domini:sed aduerte,quia videtur dicendum contrarium:imò quòd requirendus sit dominus qui fortasse velit soluere debita,& quòd sibi assignetur in solutum.& non est ratio, cur in hoc aliud sit dicendum,quod enim fit per iudicem fieri videtur per debitorem.l.si ob causam. C.de euictio.l.eleganter in princip.ff. de pigno.actio.& cum emptor habeat causam à debitore, seruanda est huius legis dispositio ac si ipse debitor venderet.lege iulianus.§.idem Celsus.ff.de actionibus empti.l.is qui.ff.de vsufruct.lega.& hoc tenet Bald.consulendo consilio.306.volumine primo.verba inuestituræ &c.& licet loquatur, quando fuit factum pactum de non alienando: nisi requisito domino:tamen idem est,& si cesset tale pactum,expressum cum hoc sit de natura contractus & dispositione legis,& militat eadem ratio. ¶Quid si vendat dicens vendo tibi si,& quantum de iure possum,& non aliter Bald.in capitu.primo.§.primo. columna quarta versicu.sed pone quòd vendidi &c.de successione feudi.loquens in feudo tenet quòd per ista verba excusetur à pœna caducitatis argumen.l.si me in vacuam &.l. qui absenti.§.primo.ff.de acquirenda possessione etiam si quando tradit sit oblitus excipere iura domini,quæ in ipso contractu excipi deberent,

argumen.l.si binarum ædium.ff.de seruitu.vrba.prædiorum.quod dicit esse verum;nisi aliqua captio domini posset interuenire per corporalem traditionem, putà si esset castrum quod vix dn̄s recuperare poterit:nam dolus est in traditione.& ideo purgari debet per amissionem feudi:quoniam confictæ & simulatæ protestationes nihil operantur: imò fraudem augent fictiones,vt.ff.de iure patro. l. si libertus & q̄

le qsiere dar tāto por ella,como el otro: estonce,la deue vēder ante a el q̄ a otro. Mas si el Señor dixesse, q̄ le non queria [e]

per ista verba excusetur emphyteota à pœna caducitatis tenet Iason.referens Bald.vbi suprà(licet non ita late.vt dixi)in dicta lege fina.columna penultima.versiculo vigesimoquinto quæro.tu adde Bald.in capitu.primo.§.fina.quæ fue.prima caus.benefi.amit. versicu.sed pone.vbi ponit eandem quæstionem in feudo & concludit,quòd licet clam fieri videatur cum non denuntiatur domino, & in præiudicialibus non iuuet protestatio:tamen cum adiicit hęc verba,non aliter neque alio modo(quia tunc nihil videtur actum) fortè non perderet feudum:nam constat quòd non intendit alienare,nisi possit iuxta notata in simili in.l.si quidem.C.de exceptio. & in.l.item labeo.§.1.ff.famil.hercissun.& argumen.l.si quis locuplex.ff.de manu.testa.& idem dic,si vendit sub conditione,si consensus domini accesserit,secundum Alberi.in dicta lege fina.colum na fin.per.l.fina.C.de fundis patrimo.lib.vndecimo.tradit Iason.in d.l.fi.colum.fin.¶Et quid si alienatio sit nulla:sed de facto inualide celebrata?dic quòd talis alienatio non induceret pœnam caducitatis.l.ea quidem.C.si mancip.ita fue.aliena.l.continuus.§.cum quis. ff.de verborum obligatio.Specula.titu.de locato.§.nunc aliqua.versicu.95.Barto.in lege fina.§.finautem.C.commu.de lega.Bald.in.l. secunda.C.de episco.audien.Alexand.consi.99.colum.fina.volumine quinto.vbi & vide per Alex.an si alienatio fiat pro parte cadat in totum à iure emphyteotico,de quo vltimo.vi.etiam per Iaso.in dicta lege fina.versicu.13.quæro.penul.charta colum.secunda.intellige etiam istam.l.de vendente sciente qualitatem rei,quia erat emphyteotica:nam secus si ignoraret,vt tradit Iason.in dicta lege fin. versicu.15.quæro.colum.154.totius tractatus & adde decium consilio.328.colum.fina.per quem vide cui incumbat probatio scientiæ. & per Bald.in capitulo primo.§.si vasallus feudum.in fin.si de feudo fue.controuer.inter domi.& agna. ¶Et an ex venditione facta per patrem,qui receperat pro se & filiis & nepotibus præiudicetur illis?vide Barto.quòd sic in lege prima.ad finem.ff.de interdict. & relega.& vide Bald.in.l.adoptiuum.§.patronum.ff.de in ius vocan.& quid si sit minor qui vendidit?vi.Bal.in.l.rem quam.C.si aduersus venditio.pigno.

c ¶*Al señor*. & si sunt plures domini omnium tenetur requirere consensum,quando sunt domini pro indiuiso. vide per Ioan. Andre. in additio.ad Specula.titu.de locato.§.nunc aliqua.versicu.septuagesimosecundo.super parte fisci.& per Iaso.in dicta lege fina.versiculo duodecimo.quæro.153. columna totius tractatus. & quid si plures domini requisiti vnus velit pro se retinere:alius verò non?vide per Alberi.in.l.si duo.patroni.in princip.ff.de iureiurand.Iason. vbi suprà.& in.l.stipulationes non diuiduntur.colum.14.ff.de verbo.obligatio.nam si vult totam rem retinere,& totum pretium soluere bene auditur,per text.notabilem in.l.in bello.§.si seruus plurium.ff.de capti.& an sufficiat quòd emphyteota vxoris denuntiet eius marito?dic quòd sic per.l.aut qui aliter.§.quod seruius.iuncta.glo.1.ff.quod vi aut clam declarando,vt ibi per Bart.tradit Iason.d.l.fin.17.quæstione.155.columna.totius tractatus & quòd emphyteota emphyteotæ requirere debeat consensum domini principalis.vide Azo.C.eo.in summa.& glo.in.d.l.fi.& per Bal.in.l.si permittente.C.ad macedo.

d ¶*E quanto es*. in.d.l.fi.à quia ista sumpta est,habetur quantum pretium ab alio re vera accipi potest,si ergo veritatem pretij non notificat,sed aliquid falsitatis admiscet vnde dominus nollet emere caderet emphyteota à iure suo, vt notat Salyce.in dict.lege fina.& Spec.tit. de locato.§.nunc aliqua versi. 92.& vide per Iaso.in dicta.l. fin.6.&.7.notabili.

e ¶*Que la no queria*. Quid si non constat de expresso consensu seu licentia:sed apparet,quòd dominus longo tempore recepit pensionem ab emptore,cui vendidit emphyteota, an per hoc præsumatur dominum consensisse venditioni?vide Alexand.consulentem. quòd sic consilio.113.volumine quarto.& nota hic,quòd sufficit q̄ dominus dicat se nolle emere,licèt non det licentiam vendendi,vt tenet Specula.in dicto.§.nunc aliqua.versic.100.quæro.& idem probatur hic,& si dicat nolo retinere:quia nō est vlterius expectandus

licet Specula.versicu.101.teneat contrarium:tamen Ioan.Andre.ibi in additionibus tenet primum per dictum capitulum.potuit & bene secundum Iaso.in dicta lege fina.8.notabili.columna.120.totius tractatus.& quid si post licentiam domini emphyteota per annum & amplius distulit venditionem?distingue vt per Ioan.Andr.in additio.ad Specul.titu.de locato. d.versicu.101.dict.§.nunc aliqua.quem sequitur Iason.vbi.S.proxi.dixi. ¶Sed quid si vendidit de consensu domini:sed post ea agit tāquā deceptus remedio.l.2.C.de rescindenda venditio.&.l.55.eo.titu.5.S.ead.parti. & ita consequitur rem vel vendidit cum pacto de reuēdendo & post ea reemit,an in ista noua translatione dominij requiratur consen-

dar tanto, o lo callasse [a] fasta dos meses, [b] que le non dixesse si lo quiere fazer,o non:dende adelante,puede la vender aquien quisiere:e non le puede embargar aquel que gela dio a censo que lo non faga. Pero deue la vender atal ome de quien pueda el Señor auer el censo, tan ligero [c] como del mismo. [d] Otrosi dezimos,que este que tiene la cosa acenso,que la puede empeñar [e] a tal ome como sobre dicho es sin sabiduria del señor. E estonce quando la enagena, tenudo es el Señor de la cosa,de rescebir en ella,a aquel aquien la vende,e de otorgar gela faziēdole ende carta de nueuo. E por tal otorgamiento,o renouamiento del pleyto,non le deue tomar [f] mas de la cinquentena parte,de aquello porque fue vendida o de la estimacion que podria valer si la diesse. Mas a otras personas,de que non podiesse auer tan ligeramente el censo, non la puede vender,ni epeñar,assi como a orden [g] o a otro ome mas poderoso que el,que estonce non valdria,e perderia [h] porende el derecho que auia en ella.

Titulo. IX. De los nauios e del pecio dellos.

NAuios de muchas maneras alogan los mercaderes para leuar sus mercadurias de vn logar a otro e porque a las vegadas por tormenta de mar,o por otra occasion, se quebrantam, [i] o se

sus domini? vide per Bald. nouell. in tractatu. de dote folio. 41.colum.1.vbi tenet quòd non.& ibi tractat illam quæstionem an consensus præstitus per dominum,quòd res emphyteotica alicui daretur in dotem sufficiat sine eo q̄ iterum dominus consentiat,quando soluto matrimonio dos traditur mulieri,& tenet quòd sic ex eo: quia qui voluit antecedens,videtur velle & consequens.l.illud.ff.de acquiren.hæredita.l.quanuis simpliciter.C.de fideiusso. Aduerte tamen quo ad id quod dicit Bald.nouel.quando rescindatur venditio ex remedio.l.2.vel vbi re emitur:quia ipse nihil allegat pro hoc dicto.& videtur quòd saltim in eo quod dicit de pacto de reuendendo,non bene dicat,iuxta ea quæ notat Alberi.in.l.ab emptione.ff. de pactis.vbi Iaso.fi.colum.est enim reemptio secunda venditio,& de ea debet habere dominus suum laudemium:non enim resoluitur contractus:sed rescinditur ex pacto primus,& fit secundus:procederet tamen dictum Bald.nouelli quando dominus qui primus venditioni dedit licentiam fuit certificatus, vel conscius pacti de reuendendo : quia tunc primus consensus extendit se ad secundam venditionem,benefacit pro hoc quod dicit Bald.in.l.fin.§.sed quia nostra maiestas.C.commu.de lega.versi.quærit hic Dynus.quando verò rescinderetur ex remedio.l.2.tunc bene videtur procedere dictum Bald.nouell.cum tunc non sit secunda venditio:sed recisio primę,per supra dicta.¶Et quid si facta iam venditione dominus ignorans illam esse factam,consentiat venditioni,tanquam fiendæ?dic quòd non sufficeret,neq; euitaretur ex hoc pœna caducitatis,secundum Pau.de cast.in.l.si quis filio exhæredato.§.irritum.ff.de iniusto rupt.si tamen dominus esset conscius de venditione,videretur secundum eum renuntiasse pœnæ commissæ,argu.l.post diem.ff.de lege commisso.&.l.secundę.in princip.ff.si quis cautio.& adde Alexand.consilio.146.colum.secunda volu.5.¶Nota etiam,q̄ non videtur dominus,qui dat consensum emphyteotæ,vt vendat renuntiare suæ proprietati.vi.Bal.in prælu.feudo.colum.pe.& in.c.1.§. præterea.quibus mod.feu.amit.

a ¶*O lo callasse*. Quando ergo non tacet:sed statim exprimit se nolle emere non est expectandus lapsus duorum mensium,vt hic patet & in.d.c.potuit.vbi Io.de Imol.& Abb.

b ¶*Dos meses*. Sed an possit dominus post duos menses moram purgare?Io.And.in addi.ad Specu.d.§.nunc aliqua.versi.101.tenet quòd sic.& vi.per Iaso.in.d.l.fi.colum.120.totius tractatus.

c ¶*Tan ligero*. nota bene hoc verbum quia idem dicebat Ioan.de Imola.in.d.cap.potuit.colum.8.& Iaso.in.d.l.fina.colum.143.totius tractatus.

d ¶*Como del mismo*. vide infra.

e ¶*Empeñar*. Approbat opi.glo.in.l.fina.C.eod.super verbo aliis vendere.& nota hanc.l.quia addit in hoc quod pignoratio fiat personę non prohibitæ,quod verbum neq; in.l.tutor.§.fi.ff.de pigno.actio. neque in l.lex vectigali.ff.de pigno.neq; per doctores ita reperies declaratum.¶An autem emphyteota possit alii in emphyteosim concedere sine consensu domini vide per Iaso.in dicta lege fina.col.148. totius tractatus,vbi refert Spec.& alios,quòd nō possit hoc facere sine consensu domini.qđ limita & intellige:nisi alienaret suas comoditates retento sibi vtili dominio, secundū Bal. in.d.l.fin.per tex.in.l.necessario.§.fi.ff.de pericu.& cōmo.rei vendi. vide per Iaso. in.d.l.fin.col. 116.totius tractatus. ¶Sed an plures emphyteotæ possint interesso alienare irrequisito domino? Bart.in.l. cū hi.§.si vni.de transact.& in.l. qui Romę.§.duo fratres.ff.de verbo.obligatio.tenet q̄ sic. & idem tenet Ioannes de Plate.in lege 1.C.de impo.lucra.descript.libr.10.& in.l.2.C.de executo.& exacto. libr.12.alij verò tenent contrarium,vt refert Iaso.in.d.l.fi.colum.150. vbi vid.per eum per quem etiam vide col.143.&.126.totius tractatus an possit filię vel extraneę concedere in dotem vide ibi.

f ¶*No le deue tomar*. Sed quis soluet istam quinquagesimam glos.parua super verbo accipere in.d.l.fina.dicit q̄ nouus emphyteota & ita notat ibi Iaso.15.notabili.

g ¶*A orden*. istud non ita bene erat declaratum per.ll.iuris communis.Speculator tamen in.d.§.nunc aliqua.versicu.116.dicit q̄ prouinciales de consuetudine ponunt in istis contractibus,quòd non possit emphyteosis alienari in ecclesiam,vel clericum vel militem,& q̄ videantur prohibitæ ecclesiæ,capitanei,& milites, & aliæ personę non idoneæ facilitate conueniendi.vt in.l.2.ff.qui satisda.cogantur. sed Innocen.Ioan.And.Hosti.in.d.c.potuit.dicunt non reperiri hoc in iure expressum:quæ personæ videlicet sint prohibitæ: nisi tantum id quod habetur in.l.curiales & in.l.milites.C.loca.& ex ista.l. partitę & eius verbis videntur prohibitæ ecclesiæ,monasteria,clerici,monachi,& milites & personæ potentiores,& pauperes notabiliter seu euidenter,à quibus verisimiliter exigi non potest pensio,seu canon emphyteoticus.& idem videtur de mulieribus,eò q̄ pro debito carcerari non possunt,vt in auten.sed hodie.C.de offi.diuerso.iudi.& in.l.thaurina.& vi.etiam de his per Iaso.in.d.l.fi.col.142.totius tractatus cum duabus sequentibus.

h ¶*Perderia*. Ista.l. tantum videtur imponere pœnam caducitatis in casu quo res emphyteotica alienatur in personam prohibitam.dic tamen idem esse & si alienet in personam non prohibitam irrequisito domino,vt.S.in prin.l.dixit.& licet in hoc casu non exprimatur hic de pœna caducitatis,suppletur tamen per dictum capi.potuit.de locato.& per.d.l.fina.in fine.

Titulus. 9. De nauibus.

i ¶*Se quebrantan*. Quærunt aliqui si sapiens in nauigio positus possit insipienti naufragio tabulam extorquere vtrum debeat. Beatus Ambrosi.libro tertio officiorum capitulo quarto. respondet in hæc verba :mihi quidem & si præstabilius communi videatur vsui sapientem de naufragio, quam insipientem euadere. tamen non videtur quòd vir christianus & iustus & sapiens quærere sibi vitam aliena morte debeat, vt pote qui etiam si in latronem armatum incidat ferientem referire non possit,ne dum salutem defendit pietatem contaminet.

GRANADA

¶Lex. I.

[*] Nauicularij seu nautæ magistri & patroni sunt maiores quorũ mãdato ducuntur naues & gubernantur:ad quos pertinet fulcire nauẽ omnibus necessariis ad opus nauigandi:& debet secum habere viarum & regiminis gubernaculi peritos vt saluari queant & ad optatũ portũ venire nauigãtes cũ rebus suis:debent insup habere scribã q immissa in naui fideliter cõscribat: cuius scripturæ creditur: habeãt inde pro se & suis victualia: dicãtq; extraneis vt pro se parẽt cõgruẽtem prouisionẽ & arma ad defensionẽ,cõtra piratas.h.d.

a ¶*Naucheros.* hi vulgo dicũtur pilotos:latinè verò magistri nauiũ; vt in.l.itẽ quæritur.§. si magister.ff. loca. &.5.tit.11.l.13.& qualis iste magister nauis seu nauicularius debeat esse vi.l.5. titu.24. partit.2. & ibi qualiter huic huius magisterij potestas cõcedatur.

b ¶*Catar.* debet enim nauis q̃ locar̃ esse idonea,vt hic & ĩ d.l.itẽ querit. §.si nauicularius.ff.loca.&l. fi.§.si ea cõditione. ff.ad.l. Rhod.de iact.

c ¶*Este quaderno.* aduerte bene: qa tãtum ex ista.l. dat̃ autoritas huic notario nauis:si ergo super aliis conficeret ĩstrumẽta,nõ teneret. sed scribis eũtibus in nauibus ad indos maris oceani ex ordinatione regia,maior potestas dat̃,vt videbis in dictis ordinationibus:q̃ tẽporibus istis per me fuerũt compilatę,ibiq; prouidetur q si in tali naui nauigaturus sit aliquis notarius regius,huic detur istud munus:deficientibus verò talibus notariis iniungatur alij idoneo ex ibi euntibus.

pierden,e despues nasce contienda entre los mercaderos,e los maestros,e los marineros,en razõ del pecio. E porẽde pues q̃ en el titulo ante deste,fablamos apartadamente,de los logueros,e de los arrẽdamientos,queremos aqui dezir,de los nauios,q̃ despues q̃ son alogados peligran sobre mar. E mostraremos q̃ cosas son tenudos de guardar,e de fazer los maestros de los nauios,e los marineros a los mercaderes,q̃ fian en ellos.E despues diremos,como se deue cõpartir el daño entre ellos todos,quãdo acaesciesse que las cosas de algũos dellos echarẽ en el mar, por razõ de tormẽta.E sobre todo fablaremos del vaziamiento de los nauios.E del pecio dellos. E de todas las cosas q̃ a alguna destas razones pertenescen.

¶Ley. I. *Que cosas son tenudos de guardar e de fazer los maestros de las naues,e los marineros a los mercaderos e alos otros que se fian en ellos.*

